



# Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

2207. Verzeichniß der von Brandenburgischen Rittern an Lübeckischen  
Bürgern verübten Beraubungen und Erpressungen, sowie Artikel einer  
Instruction Lübeckischer Gesandten in Beziehung auf ein mit den ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2206. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto überlassen der Kirche zu Magdeburg Bodo und Rudolph von Nemik, ihre Ministerialen, und erhalten dafür aus der Ministerialität der Magdeburgischen Kirche Conrad und Franco von Königsmark zurück, am 17. März 1280.

Nos Otto, Albertus et Otto, fratres, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, Notum facimus tenore presentium protestantes, quod Bodonem et Rodolfum, filios Dni. Rodolfi de Nemik, ministeriales nostros, ad preces amicorum suorum ecclesie Magdeburgensi dimittimus et donamus, ita quod de cetero non nostri ministeriales permaneant sed ecclesie prelibate. In restaurum autem ecclesia Magdeburgensis Conradum et Franconem, fratres de Königsmarke, suos ministeriales, e contrario nobis donat, ut de cetero ad nos pertineant et nostri permaneant ministeriales. In cujus rei lucens testimonium presentes literas sigillis nostris duximus roborandas presentibus testibus subnotatis videlicet Geuehardo seniore de Aluensleue, Geuehardo et Hinrico, filis suis, Hinrico de Vrifach, Arnolde de Jagowe, Hermannno de Carpzowe, Hinrico Misner, Iohanne Romelen, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum Arneborch, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXX<sup>o</sup>, XVI. Kalend. Aprilis.

Original im Magdeb. Provinzial-Archiv.

2207. Verzeichniß der von Brandenburgischen Rittersn an Lübeckischen Bürgern verübten Verraubungen und Erpressungen, sowie Artikel einer Instruction Lübeckischer Gesandten in Beziehung auf ein mit den Wendischen Städten zu schließendes Bündniß. D. J. (1282—85.)

Milites marchionum, videlicet Johannes de Stegelize et Johannes de Manfo acceperunt Godekoni de Vifhusen duos equos, valentes VI marcas stendalien(sis) ar(genti). Item dedit pro absolutione sua XV libras stendaliensium denariorum. Item serui domini Johannis de Stegelize ceperunt Wezfelum de Colke iuxta Ukermunde, cui acceperunt IIII solidos sterlingorum et V solidos lubicensium denariorum; qui pro hijs requirendis et de sua captiuitate pertulit dampnum III marcarum argenti.

Item serui domini Jagowe acceperunt Ritzekoni Rapesuluer equum, valentem III marcas lubicensium denariorum.

Item domini Geuehardus et Henricus fratres de Aluensleue abstulerunt Hermannno de Molne et Henzoni Hoppen XVII meas allecium et X drilinge, valentes IX marcas stendaliensis argenti.

Item dominus Boffo de Cocstede abstulit Johanni Stolten in oppido Jefhorn dimidiam millenam varij operis, quod postea promisit marchio soluere, et non fecit.



Item iuxta Zantoch fuerunt Lodowicus de Volmezten et quidam alij XXX marcis argenti spoliati ab hominibus marchionis, quas promisit marchio soluere, et non fecit.

Item recordemini de siligine, quam dominus Barnim accepit ciuibus Lubicensibus.

De Normannis, vt bona non vadant per Sund. De Dacis, qui de Norwagia adduxerunt in istas ciuitates aliqua bona, quomodo de eis esse debeat. De Bremensibus, vt de coassistendo dentur littere a ciuitatibus.

Vtrum nunciij in Daciam mittantur ad regem. Moneantur domini Slauię, quod nos adiuuent in necessitatibus, quas patimur a Normannis.

Vt littere mittantur in Rigam et in omnes illas remotas ciuitates super negotio Normannorum, et vt littere mittantur eciam versus West.

Moneri debet dominus Hinricus de Werle pro nostra parte pecunie nobis reddende, cum qua conduci debuerant domini Hartonis. Vt in dicto negotio Normannorum ciuitates Slauię faciant III partes expensarum, et quartam partem faciat ciuitas Lubicensis.

Aus dem Lübecker Urkundenbuch II, 49.

2208. Das Kloster Broda befindet unter dem Siegel des Markgrafen Albrecht die Stiftung eines Altars in Neubrandenburg, am 14. November 1287.

Waluanus, Deigratia Prepositus, Teo. Prior totumque capitulum ecclesie Brodenfis omnibus Christi fidelibus hanc literam inspectaris salutem in Domino Jesu Christo. Quoniam ea, que ex ordinatione mortalium procedunt, caduca sunt et minus firma et processu temporis vergunt in oblivionem, nisi scriptis et sigillis et proborum hominum testimonio fuerint confirmata, recognoscimus igitur et presentibus publice protestamur, quod nos Johanni, filio Herbordi, quondam civis Brandeburgensis, prefecto ejusdem civitatis, nec non et fratribus ipsius acceptis ab eisdem nonaginta talentis denariorum Brandenb. dimisimus octo talenta monete gravioris scilicet Stendaliensis proprietatis titulo perpetuo possidenda et eorum heredibus ab eis directa linea descendentibus et amicis, quos siquidem denarios plebanus ecclesie parochialis in Nova Brandenburg certis temporibus et diebus ad hoc specialiter ordinatis annis singulis presentabit sine contradictione aliqua et aliquibus impedimentis, quibus et altare, quod idem Johannes cum suis fratribus ad honorem omnipotentis Dei et virginis gloriose matris Dei et Domini nostri Jesu Christi et beati Nicolai de Nostra licentia et favore pro remedio et salute animarum parentum suorum, patris videlicet atque matris, pro salute propria et uxoris sue, heredum et omnium amicorum suorum, tam vivorum quam